Jamque frumenta matureſcere incipiebant, atque ipſa ſpes inopiam ſuſtentabat 1), quod celeriter ſe habituros copiam confidebant crebraeque voces 2) militum in vigiliis colloquiisque audiebantur, prius ſe cortice ex arboribus victuros, quam Pompejum e manibus dimiſſuros. Libenter 3) etiam ex perfugis cognoſcebant, equos eorum vix tolerari 4), reliqua vero jumenta interiiſſe; uti autem ipſos valetudine non bona 5) quum anguſtiis loci, et odore tetro ex multitudine cadaverum 6), et quotidianis laboribus, inſuetos operum 7), tum aquae ſumma inopia adfectos 8): omnia enim flumina atque omnes rivos, qui ad mare pertinebant 9), Caeſar aut averterat 10) aut magnis operibus obſtruxerat 11). Atque ut erant loca montuoſa, et ad ſpecus 12) anguſtiae vallium; has ſublicis 13) in terram dimiſſis praeſepſerat 14), terramque adgeſſerat 15), ut aquam continerent 16). Itaque illi neceſſario loca ſequi demiſſa 17) ac paluſtria 18), et puteos fodere 19), cogebantur: atque hunc laborem ad quotidiana opera addebant 20): qui tamen fontes a quibusdam praeſidiis aberant longius,

wilder Kohl. 2) vorwerfen. 3) warfen es unter ſie, ihnen zu.

1) machte, daß man ihn aushielt. 2) Reden. 3) es war ihnen angenehm (zu hören). 4) nur kaum erhalten werden. 5) nicht recht geſund. 6) der todten Körper (von Menſchen und Vieh). 7) der Strapazen, Arbeiten ungewohnt. 8) angegriffen, zu Grunde gerichtet. 9) dahin führten, floſſen. 10) abgeleitet. 11) verſtopft, durch große Dämme. 12) bei den Hölen, (aus denen das Waſſer kam). 13) mit Pfählen, Palliſaden. 14) eingezäunt. 15) Erde davor geworfen. 16) zurück halten, abhalten. 17) niedrig. 18) ſumpfig. 19) Brunnen graben. 20) kommen noch hinzu zu den andern täglichen

et celeriter aestibus 21) exarescebant 22). At Caesaris exercitus optima valetudine summaque aquae copia utebatur; tum commeatus omni genere praeter frumentum abundabat: quibus 23) quotidie melius succedere 24) tempus 25), majoremque spem maturitate frumentorum proponi 26) videbant.

Caput L. Neue Kriegsvorsicht bei den Wachfeuern.

In novo genere belli novae ab utrisque bellandi rationes reperiebantur. Illi, quum animum advertissent ex ignibus, nocte cohortes nostras ad munitiones excubare, silentio adgressi 1), universas, intra multitudinem 2) sagittas conjiciebant, et se confestim ad suos recipiebant. Quibus rebus 3) nostri, usu docti, haec reperiebant remedia, ut alio loco ignes facerent, alio excubarent. ***

Desunt aliqua.

Hier herein ist zu ergänzen: dass *Cäsar* noch versuchte *Dyrrhachium* einzunehmen, welches aber misslang.

Caput LI. *Sulla* schlägt die *Pompejaner* bis auf einen Hügel zurück.

Interim certior factus P. Sulla, quem discedens 1) castris praefecerat Caesar, auxilio 2) cohorti venit cum legionibus duabus, cujus adventu facile sunt repulsi Pompejani. Neque vero conspectum aut impetum nostrorum tulerunt; primisque dejectis, reliqui se verterunt, et loco cesserunt. Sed insequentes nostros, ne longius prosequerentur, Sulla revocavit.

Arbeiten. 21) durch die Sommerhitze. 22) austrocknen. 23) wozu (nehmlich frumentis). 24) mel. succ. immer besser werden. 25 Witterung. 26) sie erhielten, sahn sie vor sich.

1) nahten sie sich stillschweigend. 2) Haufen, (wie sie beisammen lagen). 3) wogegen.

1) als er wegging nach Dyrrhachium. 2) (da es in

At plerique existimabant, si acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri. Cujus consilium reprehendendum non videtur: aliae enim sunt legati partes 3), atque imperatoris: alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum 4) consulere 5) debet. Sulla a Caesare castris relictus, liberatis suis, hoc fuit contentus, neque proelio decertare voluit, (quae res tamen fortasse aliquem reciperet casum) 6), ne imperatorias sibi partes sumsisse videretur. Pompejanis magnam res ad receptum difficultatem adferebat. Nam, ex iniquo progressi loco 7), in summo 8) constiterant: si per declive sese reciperent, nostros ex superiore insequentes loco verebantur: neque multum ad solis occasum supererat temporis: spe enim conficiendi negotii prope in noctem rem duxerant. Ita, necessario atque ex tempore 9) capto consilio, Pompejus tumulum quemdam occupavit, qui tantum aberat a nostro castello, ut telum tormentumve missum 10) adigi 11) non posset. Hoc consedit loco; atque eum communiit, omnesque ibi copias continuit 12).

Caput LII. Zugleich ward noch an zwei Orten, bei Verschanzungen, zu Cäsars Vortheil gestritten.

Caput LIII.

Ita uno die sex proeliis factis, tribus ad Dyrrhachium, tribus ad munitiones, quum horum omnium ratio haberetur 1), ad duorum millium numero ex Pompejanis cecidisse reperiebamus, evocatos 2) centurionesque complures. In eo fuit numero Va-

jener Gegend nicht gut ging. 3) Amt, Rolle. 4) ad sum. rer. mit Rücksicht aufs Ganze. 5) (überlegen und) beschließen. 6) wobei sich ein Unfall hätte zutragen können. (Die Sache hätte einen Unfall angenommen). 7) vom schlechten Terrain. 8) auf eine Anhöhe, (wo wahrscheinlich auch die Cäsarianer standen). 9) nach den Zeitumständen (da es schon dunkel wurde). 10) abgeschossen. 11) dahin getrieben werden. 12) hielt sie beisammen.

1) da man alles überrechnete. 2) Freiwillige, Auserle-

lerius Flaccus, L. filius, ejus, qui praetor Asiam obtinuerat: signaque sunt sex militaria relata. Nostri non amplius viginti omnibus sunt proeliis desiderati. Sed in castello nemo fuit omnino militum, quin vulneraretur, quatuorque ex una cohorte centuriones oculos amiserunt. Et quum laboris sui periculique testimonium 3) adferre vellent, millia sagittarum circiter triginta in castellum conjecta, Caesari renumeraverunt: scutoque ad eum relato Scaevae, centurionis, inventa sunt in eo foramina 4) CXX. Quem Caesar, ut erat de se meritus et de republica, donatum millibus ducentis aeris 5), ab octavis ordinibus 6) ad primum pilum 7) se transducere 8) pronuntiavit: ejus enim opera castellum magna ex parte conservatum esse constabat: cohortemque 9) postea duplici stipendio 10) frumentove 11) et speciariis 12) militaribusque 13) donis amplissime 14) donavit.

Caput LIV. *Pompejus* befestigt sich sehr auf seiner Anhöhe, geht aber nach fünf Tagen, in einer neblichten Nacht, in sein voriges Lager zurück.

Caput LV. *Cäsar* bekommt durch seine Generale noch mehrere Gegenden, auch *Achaja* (das eigentliche alte Griechenland) in seine Gewalt.

Caput LVI. An den folgenden Tagen stellte *Cäsar* immer seine Armee nahe an des *Pompejus* Lager, dieser aber die seinige dicht unter die Wälle, doch ohne eine Schlacht zu liefern.

Caput LVII. Unterdessen war *Scipio* nach

sene. 3) Beweis. 4) Löcher von Schüssen. 5) soviel als Sesterzien. 6) vom achten Range der Hauptleute und Soldaten. 7) zum ersten Range. 8) führe er ihn über, ließe er ihn avanciren. 9) seine Cohorte, unter der er gestanden, die dort so gut gefochten hatte. 10) doppelte Löhnung. 11) mit Getreide. 12) ganz besondern jedem Einzelen zukommenden, (auch ausserm Kriege vielleicht brauchbaren), für ihn besonders passenden. 13) für Soldaten passenden. 14) sehr herrlich und reichlich, ausgezeichnet schön.

Macedonien gekommen. Zu diesem schickt *Cäsar* den *Clodius*, seinen sonstigen Freund.

— Huic dat litteras mandataque ad eum, quorum haec erat summa: „sese omnia de pace expertum 1): nihil adhuc arbitrari 2) factum, vitio 3) eorum, quos esse auctores 4) ejus rei voluisset, quod sua mandata perferre non opportuno tempore ad Pompejum vererentur 5). Scipionem ea auctoritate 6) esse, ut non solum libere, quae probasset 7), exponere 8), sed etiam magna ex parte compellere 9), atque errantem regere 10) posset: praeesse autem suo nomine 11) exercitui, ut, praeter auctoritatem, vires 12) quoque ad coercendum 13) haberet: quod si fecisset, quietem Italiae, pacem provinciarum, salutem imperii 14) uni 15) omnes acceptam relaturos 16).“ Haec ad eum mandata Clodius refert. Ac primis diebus, ut videbatur, libenter auditus, reliquis ad colloquium non admittitur, castigato 17) Scipione a Favonio, ut postea confecto bello reperiebamus; infectaque re sese ad Caesarem recepit.

Caput LVIII. *Pompejus* holte Reuterei bei *Dyrrhachium*, die ihm *Cäsar* durch Befestigungen daselbst unnütz machte, daher zog er sie wieder zurück.

— Erat summa inopia pabuli, adeo ut foliis ex arboribus strictis 1), et teneris arundinum 2) radicibus contusis 3), equos alerent: frumenta enim, quae fuerant intra munitiones sata, consumserant, et cogebantur, Corcyra atque Acarnania, longo interjecto navigationis spatio, pabulum supportare; quo-

1) er habe versucht. 2) es scheine. 3) Schuld. 4) Unterhändler, Vermittler, (die den Auftrag hatten). 5) Bedenken trugen, fürchteten. 6) Ansehn; gelte so viel 7) was er als gut anerkannte 8) vortragen. 9) dazu antreiben. 10) lenken, leiten 11) für sich allein. 12) Macht. 13) einschränken, zu etwas nöthigen 14) Staat, (Reich). 15) ihm allein. 16) zuschreiben, (verdanken). 17) getadelt, verargt.

1) abgestreift, (abgelaubt). 2) Schilf. 3) gestampft.

que erat ejus rei minor copia, hordeo adaugere, atque his rationibus 4) equitatum tolerare 5). Sed, postquam non modo hordeum pabulumque omnibus in locis herbaeque desectae 6), sed etiam fructus ex arboribus deficiebant, corruptis equis macie 7), conandum sibi aliquid Pompejus de 8) eruptione existimavit.

Caput LIX. Zwei Gallier, *Roscillus* und *Aegus*, die *Cäsar* sehr vorgezogen hatte, machten Unterschleif, mit dem Solde ihrer Soldaten und Reuter, und andern Dingen, und wurden deswegen beim Cäsar verklagt.

Caput LX. Diese gehn mit einigen Anhängern zum *Pompejus* über.

Caesar neque tempus illud animadversionis 1) esse existimans, et multa virtuti 2) eorum concedens 3), rem totam distulit 4); illos secreto castigavit 5), quod quaestui equites haberent 6); monuitque, ut ex sua amicitia omnia exspectarent 7), et ex praeteritis suis officiis 8) reliqua 9) sperarent. Magnam tamen haec res illis offensionem 10) et contentionem 11) ad omnes 12) attulit: idque ita esse, quum ex aliorum objectationibus 13), tum etiam ex domestico 14) judicio atque animi conscientia 15) intelligebant. Quo pudore 16) adducti, et fortasse non se liberari 17), sed in aliud tempus reservari 18) arbitrati, discedere a nobis, et novam tentare fortunam novasque experiri amicitias constituerunt: et cum paucis collocuti clientibus 19) suis, quibus tan-

4) auf diese Art. 5) fortfristen. 6) abgenommen; mangelten. 7) Abnehmen, Abkommen, Abmagern. 8) in einem ꝛc.

1) Ahndung, Bestrafung. 2) guten Eigenschaften. 3) nachsehn. 4) schob auf. 5) gab ihnen Verweise. 6) daß sie (die Reuter zum Gewinn hätten), sich an den Reutern oder auf ihre Kosten bereichern wollten. 7) erwarten können. 8) Gefälligkeiten. 9) künftige. 10) Haß. 11) Verachtung. 12) bei allen. 13) Vorwürfe. 14) eigen. 15) Bewußtseyn. 16) Scham. 17) losgesprochen, von Strafe frei wären. 18) vorbehalten. 19) Anhängern, (die von ihnen abhingen).

tum facinus 20) committere 21) audebant, primum conati 22) sunt, praefectum equitum, C. Volusenum, interficere, ut postea, bello confecto, cognitum est; ut cum munere 23) aliquo perfugisse ad Pompejum viderentur. Postquam id difficilius visum est, neque facultas perficiendi dabatur, quam maximas potuerunt pecunias mutuati 24), perinde ac suis 25) satisfacere 26) et fraudata 27) restituere vellent, multis coemtis equis, ad Pompejum transierunt cum iis, quos sui consilii participes habebant.

Caput LXI. Des *Pompejus* Aufnahme und ihre Dienstleistungen.

Quos Pompejus, quod erant honesto loco nati 1), et instructi liberaliter 2) magnoque comitatu 3) et multis jumentis venerant, virique fortes habebantur, et in honore apud Caesarem fuerant, quodque novum et praeter consuetudinem acciderat 4), omnia sua praesidia circumduxit 5), atque ostentavit: nam ante id tempus nemo aut miles aut eques a Caesare ad Pompejum transierat, quum paene quotidie a Pompejo ad Caesarem perfugerent, vulgo 6) vero universi in Epiro atque Aetolia conscripti milites, earumque regionum omnium, quae a Caesare tenebantur. Sed hi, cognitis 7) omnibus rebus, seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid a peritioribus rei militaris desiderari 8) videbatur; temporibusque rerum 9) et spatiis locorum 10) et custodiarum varia diligentia 11) animadversa 12), prout 13)

20) die That, (Verbrechen). 21) anvertraun. 22) haben sich vorgenommen. 23) Dienstleistung (gegen den Pompejus). 24) Geld aufgeborgt. 25) an ihre Leute. 26) bezahlen. 27) das, worum sie betrogen hatten.

1) von gutem (vornehmen) Herkommen. 2) wohl, (wie freie Leute) unterrichtet. 3) Gefolge (Begleitung). 4) es war etwas Neues und Ungewöhnliches. 5) bei allen Posten herumgeführt. 6) ganz gewöhnlich. 7) da sie wußten. 8) vermißt würde. 9) die Zeit (der Sachen, Dinge), wenn etwas zu geschehn pflegte. 10) Entfernungen der Oerter, (z. B. der Befestigungswerke, Posten ꝛc.) von einander. 11) unterschiedne Aufmerksamkeit (da eine es mehr war als die andre). 12) die sie bemerkt hatten. 13) so wie.

cujusque eorum, qui negotiis praeerant 14), aut natura 15) aut ſtudium 16) ferebat 17), haec ad Pompejum omnia detulerunt 18).

Caput LXII. *Pompejus* läſst Kähne mit Faſchinen, Erde und Truppen abgehn, und an *Cäſars* Befeſtigungen am Meere bringen, wo *Cäſar* den *Lentulus Marcellus* mit der neunten Legion ſtehn hatte.

Caput LXIII. Dort war ein funfzehn Fuſs breiter Graben, und zehn Fuſs hoher Wall; 600 Fuſs davon ein andrer etwas kleiner, nach der andern Seite gekehrter Wall. Dieſe waren aber noch nicht ganz fertig, da ſie 18000 Fuſs umfaſſen muſsten. Die *Pompejaner* griffen am Morgen den äuſern und innern Wall an, merkten die noch offne Stelle, und drangen von der Seeſeite ein, und zwangen die *Cäſarianer*, die Wälle zu verlaſſen, und ſich zurück zu ziehn.

Caput LXIV. *Marcellinus* kam zu Hülfe, aber auch ſeine Leute muſsten ſich zurück ziehn. So gings jeder nachgeſchickten Hülfe, und die Menge verhinderte ſogar den Rückzug.

— In eo proelio, quum gravi vulnere eſſet adfectus aquilifer 1), et a viribus deficeretur 2), conſpicatus equites noſtros, hanc ego, inquit, et vivus 3) multos per annos magna diligentia defendi, et nunc moriens eadem 4) fide Caeſari reſtituo. Nolite, obſecro, committere 5), quod ante in exercitu Caeſaris non accidit, ut rei militaris dedecus 6) admittatur; incolumemque ad eum referte. Hoc caſu 7)

14) die ein Geſchäft zu betreiben hatten. 15) Gemüthsbeſchaffenheit. 16) Neigung. 17) mit ſich brachte, beſchaffen war. 18) erzählten ſie.

1) der Fähndrich. 2) die Kräfte ihn verließen. 3) ſo lange ich lebte. 4) mit gleicher. 5) zugeben (den Fehler begehn). 6) Schimpf. 7) Umſtand.

aquila conservatur, omnibus primae cohortis centurionibus interfectis, praeter principem priorem 8).

Caput LXV. Die *Pompejaner* drangen nun ſtark in das Lager des *Marcellus* ein. *Antonius* kam zu Hülfe, endlich auch *Cäſar* mit einigen Cohorten. Dieſer lieſs nun ſchnell das Lager an der See beſetzen, und befeſtigen, um zu den Schiffen und zur Furage Zugang zu haben, an der Seite des Pompejaniſchen Lagers.

Caput LXVI. Nun ſahe man den *Pompejus* hinter einem Walde in *Cäſars* ehemaliges Lager gehn. Er vergröſserte dann noch die Werke, und machte noch einen Damm bis an den Fluſs, des Waſſerholens wegen. Doch änderte er ſeinen Stand noch etwas nach der Zeit, und ging ein wenig weiter.

Caput LXVII. Man ſah aus *Cäſars* Lager, daſs ſich eine Legion dahin zog. Dieſe hoffte *Cäſar* überwältigen zu können, und ging, in zwei Kolonnen, ganz heimlich auf ſie los; und es glückte ihm die Pompejaner vom Walle zu jagen. Vorm Eingange ſtand ein Igel (ſpaniſcher Reuter). Nach einigem Gefechte, und Zerhaun des Igels, drang er bis ins gröſsre Lager, und an das innre Caſtell.

Caput LXVIII. Der rechte Flügel *Cäſars* kam, in der Meinung ans Lager zu kommen, an das Werk, das zum Fluſſe führte, und drang mit der Reuterei ein, da es niemand hinderte.

Caput LXIX. *Pompejus* kam mit der fünften Legion den übrigen zu Hülfe, und ſeine Reuterei traf die *Cäſarianiſche*. Beide griffen *Cäſars* Truppen an, die ſich zurück zogen, und viel litten. Viele warfen ſich, zu entkommen, in die Wallgraben, und konnten nicht heraus.

8) auſer dem Hauptmanne (prior) des zweiten Ranges (princeps ordo, der höher war als primus, der unterſte).

Caput LXX. *Pompejus* aber, der einen Hinterhalt fürchtete, wagte sich nicht weiter vor, und die *Cäsarianer* konnten sich zurück ziehn.

Caput LXXI. *Pompejus* wird Imperator, und *Labienus* bringt die Gefangnen um.

Duobus his unius diei proeliis Caesar desideravit milites DCCCCLX, et notos equites Rom. Felginatem Tuticanum Gallum, senatoris filium; C. Felginatem Placentia 1); A. Granium Puteolis 2); M. Sacrativirum Capua 3); tribunos militum et centuriones XXXII. Sed horum omnium pars magna, in fossis munitionibusque et fluminis ripis oppressa 4) suorum terrore ac fuga, sine ullo vulnere interiit, signaque sunt militaria XXXII amissa. Pompejus eo proelio imperator est adpellatus 5). Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est 6); sed neque in litteris, quas scribere est solitus, neque in fascibus 7) insignia laureae 8) praetulit 9). At Labienus, quum ab eo impetravisset, ut sibi captivos transdi juberet, omnes productos ostentationis, ut videbatur, caussa, quo major perfugae 10) fides haberetur, commilitones 11) adpellans, et magna verborum contumelia 12) interrogans, *solerentne veterani milites fugere*, in omnium conspectu interficit.

Caput LXXII. Stolze Gedanken der Pompejaner.

His rebus tantum fiduciae ac spiritus 1) Pompejanis accessit 2), ut non de ratione belli cogitarent 3), sed vicisse jam sibi viderentur. Non illi

1) von Placenz. 2) von Puteolis (in Italien). 3) von Capua. 4) übermocht, aufgerieben. 5) bekam den Tittel Imperator von seiner Armee. 6) tituliren lassen. 7) Bündel Stäbe (die Gerichtsdiener vortrugen). 8) das Zeichen eines Lorberkranzes, das auf den fascibus etc. zu seyn pflegte. 9) gebraucht (vor sich getragen, gezeigt). 10) ihm, als einem Uebergetretenen. 11) Kameraden (hier spottweise). 12) Spott in Worten.

1) Stolz. 2) (kam ihnen an) sie bekamen ihn. 3) nicht

paucitatem nostrorum militum, non iniquitatem loci atque angustias, praeoccupatis 4) castris, et ancipitem 5) terrorem intra extraque munitiones, non abscissum 6) in duas partes exercitum, quum altera alteri auxilium ferre non posset, caussae fuisse cogitabant. Non ad haec addebant, non ex concursu acri facto, non proelio dimicatum, sibique ipsos 7) multitudine atque angustiis majus attulisse detrimentum, quam ab hoste accepissent. Non denique communes 8) belli casus recordabantur, quam parvulae saepe caussae, vel falsae suspicionis, vel terroris repentini, vel objectae religionis 9), magna detrimenta intulissent; quoties vel culpa ducis, vel tribuni vitio 10), in exercitu esset offensum 11): sed, proinde ac si 12) virtute vicissent, neque ulla commutatio rerum posset accidere, per orbem terrarum fama 13) ac litteris victoriam ejus diei concelebrabant 14).

Caput LXXIII. Cäsar änderte nun seinen ganzen Plan, liefs die Armee zusammenrücken, und tröstet sie in einer Rede wegen des erlittenen Unfalls, und macht sie des sonstigen Glücks eingedenk.

Caput LXXIV. Er entsetzt einige Fähndriche, die gefehlt hatten, doch brannte die Armee vor Begierde, die begangnen Fehler wieder gut zu machen. Cäsar aber hielt für gut ihr Zeit zur Erholung zu lassen.

Caput LXXV. *Cäsar* zieht gegen *Apollonia*. *Pompejus* geht nach, und es wird scharmutzirt.

Itaque, nulla interposita mora 1), sauciorum 2)

daran dachten wie der Krieg geführt werden müsse. 4) voraus weggenommen, zuvorkommen, (ins Lager). 5) auf beiden Seiten 6) getrennt. 7) die (Cäsarianer) selbst) 8) gewöhnlich 9) ein in den Weg tretender, vorkommender Aberglaube. 10) Versehn. 11) ein Fehler begangen wäre. 12) so, als wenn sie. 13) mündlicher Ruf. 14) machten bekannt.

1) ohne allen Verzug. 2) Verwundete.

modo et aegrorum 3) habita ratione 4), impedimenta omnia silentio prima nocte ex castris Apolloniam praemisit, ac conquiescere ante iter confectum vetuit. His una legio missa praesidio est. His explicitis rebus 5), duas in castris legiones retinuit, reliquas de quarta vigilia compluribus portis eductas, eodem itinere praemisit; parvoque spatio intermisso, ut et militare institutum 6) servaretur 7), et quam serissime 8) ejus profectio cognosceretur 9), conclamari 10) jussit; statimque egressus et novissimum agmen consecutus, celeriter ex conspectu castrorum discessit. Neque vero Pompejus, cognito consilio ejus, moram ullam ad insequendum intulit: sed, eadem spectans 11), si itinere impeditos et perterritos deprehendere 12) posset, exercitum e castris eduxit, equitatumque praemisit ad novissimum agmen demorandum 13); neque consequi potuit, quod multum expedito 14) itinere antecesserat Caesar. Sed quum ventum esset ad flumen Genusum, quod ripis erat impeditis, consecutus equitatus novissimos proelio detinebat 15). Huic suos Caesar equites opposuit, expeditosque antesignanos 16) admiscuit quadringentos, qui tantum profecerunt 17), ut, equestri proelio commisso, pellerent omnes, compluresque interficerent, ipsi incolumes se ad agmen reciperent.

Caput LXXVI. Cäsar geht weiter.

Confecto justo 1) itinere ejus diei, quod proposuerat Caesar, transductoque exercitu flumen Genusum, veteribus 2) suis in castris contra 3) Asparagium consedit, militesque omnes intra vallum ca-

3) Kranke. 4) Rücksicht (auf sie) genommen. 5) da er aus dieser Verlegenheit war, (alles glücklich ging); da diese Schwierigkeit überwunden war. 6) Einrichtung. 7) beobachtet werde. 8) so spät als möglich. 9) bekannt werden. 10) zum Packen zusammen rufen. 11) mit gleicher Absicht, (nehmlich auch weiter zu gehn). 12) anfallen, ertappen. 13) aufhalten. 14) rasch, schnell. 15) hielt sie hin, auf. 16) Vortrapp, (die vor den Legionen hergingen). 17) wirkten.

1) hinlänglich (grade recht). 2) alt, vorig. 3) gegen über.

ſtrorum continuit, equitatumque, per cauſſam pabulandi emiſſum, confeſtim decumana porta in caſtra ſe recipere juſſit. Simili ratione Pompejus, confecto ejusdem diei itinere, in ſuis veteribus caſtris ad Aſparagium conſedit, ejusque milites, quod ab opere, integris munitionibus, vacabant 4), alii lignandi pabulandique cauſſa longius progrediebantur; alii, quod ſubito conſilium profectionis ceperant, magna parte impedimentorum et ſarcinarum relicta, ad haec repetenda 5), invitati 6) propinquitate ſuperiorum 7) caſtrorum, depoſitis in contubernio 8) armis, vallum relinquebant 9). Quibus ad ſequendum impeditis, Caeſar, quod fore providerat 10), meridiano fere tempore, ſigno profectionis dato, exercitum educit, duplicatoque ejus diei itinere, octo millia paſſuum ex eo loco diſcedit: quod facere Pompejus diſceſſu 11) militum non potuit.

Caput LXXVII. Eben ſo macht es *Cäſar* an den folgenden Tagen, und ſo kam er vor dem *Pompejus* ſo weit voraus, daſs dieſer ihn zu verfolgen aufhörte.

Caput LXXVIII. Cäſar zog ſich nun nach Apollonia, um dort die Bleſſirten unter zu bringen, und Bedeckung für die freundſchaftlichen Städte zu laſſen; ging aber hernach ohne Verweilen auf den *Domitius* (in Macedonien) zu, um den *Pompejus* nach ſich, vom Meere weg zu locken, und dann mit dem *Domitius* verbunden ihm gewachſen zu ſeyn; oder, wenn Pompejus nach Italien ginge, ihm mit ſeiner ganzen Armee durch *Illyrien* zu folgen, oder den *Scipio* jetzt in Noth zu ſetzen, und den Pompejus dahin zu ziehn. Er lieſs alſo zu *Apollonia*, *Liſſa* und *Oricum* Beſatzungen und die Verwundeten.

4) frei ſeyn, nichts zu thun haben. 5) ſich abzuholen. 6) dazu eingeladen, gelockt, veranlaßt. 7) des (obigen), letztern. 8) im Quartiere. 9) verließen die Verſchanzungen. 10) der voraus geſehn hatte, daß es ſo kommen würde. 11) weil ſie weggegangen waren (wegen des Weggangeſ).

Pompejus wollte wieder ſeinem *Scipio* helfen, und den *Domitius* angreifen.

Caput LXXIX. Jeder von ihnen ſuchte nun ſo geſchwind als möglich zu ſeyn. Domitius hatte ſich überdies nach *Heraklea*, dem Pompejus näher gezogen, der Furage wegen.

— Simul, a Pompejo litteris per omnes provincias civitatesque dimiſſis, de proelio ad Dyrrhachium facto, latius 1) inflatiusque 2) multo, quam res erat geſta, fama percrebuerat 3), pulſum fugere Caeſarem, paene omnibus copiis amiſſis: haec itinera infeſta 4) reddiderant, haec civitates nonnullas ab ejus amicitia averterat. Quibus accidit rebus, ut pluribus dimiſſi itineribus 5) a Caeſare ad Domitium, et ab Domitio ad Caeſarem, nulla ratione 6) iter conficere poſſent. Sed Allobroges, Roſcilli atque Aegi familiares, quos perfugiſſe ad Pompejum demonſtravimus, conſpicati in itinere exploratores Domitii, ſeu priſtina ſua conſuetudine 7), quod una in Gallia bella geſſerant, ſeu gloria elati, cuncta, ut erant acta 8), expoſuerunt, et Caeſaris profectionem et adventum Pompeji docuerunt. A quibus Domitius certior factus vix quatuor horarum ſpatio antecedens 9), hoſtium beneficio periculum vitavit, et ad Aeginium, quod eſt objectum 10) oppoſitumque 11) Theſſaliae, Caeſari venienti occurrit 12).

Caput LXXX. *Cäſar* kam nach *Gomphi*, das ihm geneigt war. Aber *Androſthenes*, Prätor in *Theſſalien*, ein Pompejaner, läſst Sklaven und Freigelaſsne die Stadt beſetzen, und ruft den Scipio zu ſchneller Hülfe, weil eine lange Belagerung nicht auszuhalten ſey.

1) weitläuftig. 2) aufgeblaſen. 3) verbreiten, bekannt (häufig) werden. 4) unangenehm, unſicher. 5) auf verſchiednen Wegen geſchickt. 6) auf keine Art. 7) aus alter Bekanntſchaft. 8) wie es ſich zugetragen hatte. 9) voraus gehn, haben. 10) nahe bei. 11) gegen über von ꝛc. 12) begegnen.

— Scipio discessu exercituum ab Dyrrhachio cognito, Larissam legiones adduxerat: Pompejus nondum Thessaliae adpropinquabat. Caesar, castris munitis, scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri, et crates parari jussit. Quibus rebus effectis, cohortatus milites docuit 1), quantum usum 2) haberet ad sublevandam omnium rerum inopiam, potiri oppido pleno atque opulento; simul reliquis civitatibus, hujus urbis exemplo, inferre 3) terrorem, et id fieri celeriter, priusquam auxilia occurrerent. Itaque, usus singulari militum studio, eodem, quo venerat, die, post horam nonam, oppidum altissimis moenibus oppugnare adgressus 4), ante solis occasum expugnavit, et ad diripiendum militibus concessit; statimque ab oppido castra movit 5), et Metropolim venit, sic, ut nuntios expugnati oppidi 6) famamque antecederet 7).

Caput LXXXI. Er nimmt auch *Metropolis*, und erwartet dort den *Pompejus.*

Metropolitae, primum eodem usi consilio 1), iisdem permoti rumoribus, portas clauserunt, murosque armatis compleverunt: sed postea, casu 2) civitatis Gomphensis cognito ex captivis, quos Caesar ad murum producendos curaverat 3), portas aperuerunt. Quibus diligentissime conservatis, collata 4) fortuna Metropolitum cum casu Gomphensium, nulla Thessaliae fuit civitas, praeter Larissaeos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur 5), quin Caesari parerent, atque imperata facerent. Ille, segetis idoneum locum in agris nactus 6), quae prope jam matura erat, ibi adventum exspectare Pompeji, eoque omnem rationem 7) belli conferre 8) constituit.

1) sagte ihnen. 2) Vortheil. 3) beizubringen. 4) zu belagern angefangen. 5) sein Lager weiter gelegt. 6) von Eroberung der Stadt. 7) (den Boten und dem Rufe) zuvorkam.

1) machten es eben so (wie die Gomphier). 2) böses Schicksal, Unglück. 3) führen lassen. 4) bei Vergleichung des :c. 5) eingeschränkt, abgehalten wurden. 6) einen guten Fleck Acker (also Nahrung) fand. 7) Einrichtung. 8) beziehn, darnach einrichten.

Caput LXXXII. *Pompejus* kommt auch dahin, hofft Sieg; seine Generale streiten um Ehrenstellen.

Pompejus paucis post diebus in Thessaliam pervenit, concionatusque 1) apud cunctum 2) exercitum, suis agit gratias; Scipionis milites cohortatur, ut, parta jam victoria, praedae ac praemiorum velint 3) esse participes: receptisque omnibus in una castra legionibus, suum cum Scipione honorem 4) partitur, classicumque 5) apud eum cani 6), et alterum 7) illi jubet praetorium 8) tendi 9). Auctis copiis Pompeji, duobusque magnis exercitibus conjunctis, pristina 10) omnium confirmatur opinio, et spes victoriae augetur adeo, ut, quidquid intercederet temporis, id morari reditum in Italiam videretur; et, si quando quid Pompejus tardius aut consideratius 11) faceret, unius esse negotium diei 12), sed illum delectari 13) imperio 14), et consulares praetoriosque 15) servorum habere numero 16), dicerent. Jamque inter se palam de praemiis 17) ac sacerdotiis 18) contendebant 19), in annosque consulatum definiebant 20); alii domos bonaque eorum, qui in castris erant Caesaris, petebant 21): magnaque inter eos in consilio fuit controversia, oporteretne L. Hirti, quod is a Pompejo ad Parthos missus esset, proximis comitiis praetoris absentis rationem haberi 22): quum ejus necessarii fidem implorarent Pompeji, ut praestaret, quod proficiscenti 23) recepisset 24), ne per ejus auctorita-

1) Rede halten. 2) ganz. 3) den Vorsatz fassen, (wollen). 4) seine Imperatorwürde und Verrichtung. 5) der Feldaufruf, Signal, mit der Trompete (zum Aufbruche). 6) geblasen werden. 7) ein zweites. 8) Hauptquartier, Feldherrnzelt 9) aufgeschlagen (aufgespannt) werden 10) ehemalig. 11) mit Vorsicht. 12) glaubte man, es sei die Sache, Arbeit eines Tages. 13) er finde sein Vergnügen 14) am Imperatoramte. 15) die angesehenen Männer, die schon Consules und Prätores gewesen waren. 16) halte er nur für seine Sklaven 17) Ehrenstellen (die sie zum Lohne der Anhänglichkeit an ihn erhalten sollten, Belohnungen). 18) Priesteramt. 19) streiten 20) bestimmten auf Jahre voraus wer Consul werden sollte 21) verlangten. 22) Rücksicht nehmen (auf ihn). 23) bei seiner Abreise. 24) versprochen.

tem 25) deceptus 26) videretur; reliqui, in labore pari ac periculo 27), ne unus omnes antecederet 28), recusarent 29).

Caput LXXXIII. Man stritt noch weiter, wie man manche bestrafen und belohnen sollte.

Jam de sacerdotio Caesaris 1) Domitius, Scipio, Spintherque Lentulus, quotidianis contentionibus ad gravissimas verborum contumelias 2) palam descenderunt: quum Lentulus aetatis honorem 3) ostentaret 4), Domitius urbanam gratiam 5) dignitatemque 6) jactaret 7), Scipio adfinitate Pompeji confideret. Postulavit 8) etiam L. Afranium proditionis exercitus Attius Rufus apud Pompejum, quod gestum 9) in Hispania diceret. Et L. Domitius in consilio dixit, placere sibi, bello confecto, ternas tabellas 10) dari ad judicandum 11), iis, qui ordinis essent senatorii, belloque una cum ipsis interfuissent; sententiasque de singulis ferrent 12), qui Romae remansissent, quique intra praesidia 13) Pompeji fuissent, neque operam in re militari praestitissent: unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo 14) censerent; alteram, qui capitis damnarent; tertiam, qui pecunia multarent. Postremo omnes aut de honoribus 15) suis, aut de praemiis pecuniae, aut de persequendis 16) inimicitiis agebant 17); nec, quibus rationibus superare 18) possent; sed, quemadmodum uti victoria deberent, cogitabant.

25) Vertraun auf sein Ansehn, Wort. 26) hintergangen. 27) die gleiche Beschwerden und Gefahr hätten. 28) daß nicht einer dem andern vorgezogen werde. 29 waren dagegen.

1) was Cäsar bisher gehabt hatte. 2) Schimp reden. 3) die seinem Alter gebührende Ehre. 4) großthuend vorbrachte. 5) Gunst in der Stadt, (Rom). 6) Ansehn. 7) damit prahlte. 8) forderte vor Gericht, verklagte. 9) vorgefallen. 10) Vortäfelchen, (um ihre Meinung zu sagen, Stimme zu geben 2c.). 11) zu richten, Urtheil zu fällen. 12) über die ihr Urtheil fällen. 13) in den von ihm besessenen Ländern. 14) Strafe, Ahndung. 15) Ehrenstellen. 16) Fortsetzung, Verfolgung. 17) sprachen, unterhandelten. 18) überwinden, siegen.

Caput LXXXIV. Als *Cäſar* glaubte, daſs die Armee ſich vom Schrecken bei *Dyrrhachium* nun hinlänglich erholt habe, führte er ſie täglich vors Lager eine Schlacht anzubieten.

— Superius tamen inſtitutum 1) in equitibus, quod demonſtravimus, ſervabat 2), ut, quoniam numero multis partibus 3) eſſet inferior, adoleſcentes atque expeditos, ex anteſignanis electos milites ad pernicitatem 4), armis inter equites proeliari juberet, qui quotidiana conſuetudine uſum 5) quoque ejus generis proeliorum perciperent. His erat rebus effectum, ut equites mille apertioribus 6) etiam locis ſeptem millium Pompejanorum impetum, quum adeſſet uſus 7), ſuſtinere auderent, neque magnopere eorum multitudine terrerentur. Namque etiam per eos dies proelium ſecundum equeſtre fecit, atque unum Alllobrogem ex duobus, quos perfugiſſe ad Pompejum ſupra docuimus, cum quibusdam interfecit.

Caput LXXXV. *Pompejus* ſtellte ſeine Armee unter dem Hügel, auf dem er ſein Lager hatte, und wartete auf *Cäſars* Angriff auf ſchlechtem Boden. *Cäſar* beſchloſs ſein Lager zu verlegen. Da ward man gewahr, daſs *Pompejus* etwas mehr vorgerückt ſey als ſonſt. Nun ſagte *Cäſar* ſeiner Armee, daſs er nun, ſtatt zu marſchiren, ſich ſchlagen müſste, weil es Gelegenheit gäbe.

Caput LXXXVI. Pompejus that ein gleiches, und verſprach den *Cäſar* zu ſchlagen, und hoffte es dadurch zu bewirken, daſs er ihm die Reuterei, noch ehe vorn angegriffen würde, in den Rücken ſchickte.

Caput LXXXVII. Des *Labienus* Rede. Der *Pompejaner* groſse Hoffnung.

Hunc Labienus excepit 1), et, quum Caeſaris

1) die ehemalige Einrichtung. 2) beibehalten. 3) um vielmal (um viele Theile). 4) Schnelligkeit. 5) Fertigkeit. 6) etwas freie. 7) als ſie die Sache gewohnt waren.

1) löſete (mit Reden) ab.

copias despiceret, Pompeji consilium summis laudibus efferret: *Noli*, inquit, *existimare*, *Pompei*, *hunc esse exercitum*, *qui Galliam Germaniamque devicerit. Omnibus interfui proeliis*, *neque temere* 2) *incognitam rem pronuntio. Perexigua pars illius exercitus superest*, *magna pars deperiit: quod accidere tot proeliis fuit necesse* 3). *multos autumni pestilentia* 4) *in Italia consumsit*, *multi domum discesserunt*, *multi sunt relicti in continenti. An non exaudistis*, *ex iis*, *qui per caussam valetudinis* 5) *remanserunt*, *cohortes esse Brundisii factas? Hae copiae*, *quas videtis*, *ex delectibus horum annorum in citeriore Gallia sunt refectae* 6), *et plerique sunt ex coloniis Transpadanis* 7). *attamen*, *quod fuit roboris* 8), *duobus proeliis Dyrrhachinis interiit.* Haec quum dixisset, juravit, se, nisi victorem, in castra non reversurum, reliquosque, ut idem facerent, hortatus est. Hoc laudans Pompejus, idem juravit. Nec vero ex reliquis fuit quisquam, qui jurare dubitaret. Haec quum facta essent in consilio, magna spe et laetitia omnium discessum est 9); ac jam animo victoriam praecipiebant 10), quod de re tanta 11), et a tam perito imperatore, nihil frustra 12) confirmari 13) videbatur.

Caput LXXXVIII. Des *Pompejus* Schlachtordnung.

Caesar, quum Pompeji castris adpropinquasset, ad hunc modum aciem ejus instructam advertit. Erant in sinistro cornu legiones duae, transditae a Caesare initio dissensionis ex S. C. quarum una prima, altera tertia adpellabatur. In eo loco ipse erat Pompejus. Mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tene-

2) nicht leicht, wohl nicht. 3) nothwendig geschehn mußte. 4) Krankheit, Seuche. 5) wegen Krankheit, (die vorgewendet wurde) 6) ergänzt. 7) die jenseits dem Po liegen. 8) was an Kraft (tapfrer Mannschaft) vorhanden war. 9) ging man aus einander. 10) empfanden sie voraus, bildeten sich ihn ein. 11) so wichtig. 12) ungegründet, ins Wesen hinein. 13) behaupten.

bat. Ciliciensis legio, conjuncta cum cohortibus Hispanis, quas transductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant collocatae. Has firmissimas 1) se habere Pompejus existimabat. Reliquas inter aciem mediam cornuaque interjecerat, numeroque cohortes CX expleverat 2). Haec erant millia XLV: evocatorum 3) circiter duo, quae ex beneficiariis 4) superiorum exercituum ad eum convenerant; quae tota acie disperserat 5). Reliquas cohortes septem castris propinquisque castellis praesidio disposuerat. Dextrum cornu ejus rivus quidam impeditis ripis muniebat 6): quam ob caussam cunctum equitatum, sagittarios funditoresque omnes in sinistro cornu 7) objiceret 8).

Caput LXXXIX. *Cäsars* Schlachtordnung.

Caesar, superius institutum servans 1), decimam legionem in dextro cornu, nonam in sinistro collocaverat, tametsi 2) erat Dyrrhachinis proeliis vehementer attenuata 3); et huic sic adjunxit 4) octavam, ut paene unam ex duabus efficeret, atque alteram alteri praesidio 5) esse jusserat. Cohortes in acie octoginta constitutas habebat, quae summa erat millium XXII 6). Cohortes duas castris praesidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media acie Cn. Domitium praeposuerat: ipse contra Pompejum constitit. Simul, his rebus 7) animadversis, quas demonstravimus, timens, ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, cele-

1) standhaftesten, tapfersten. 2) vollzählig gemacht. 3) Auserlesene, Freiwillige. 4) besonders begnadigte, ausgezeichnete. 5) durchs ganze Heer hin und her vertheilt. 6) deckte. 7) auf dem linken Flügel. 8) (seinem Feinde) entgegen stellte.

1) beobachtend. 2) ob gleich. 3) geschwächt (verdünnt). 5) stellte neben sie. 5) Hülfe. 6) man findet in vielen Ausgaben 32; welches aber wohl zu viel ist, da, obgleich jede Cohorte sonst aus 420 bis 5 — 600 Mann bestand, geschwächt, der Durchschnitt nicht auf 400 genommen werden kann. Doch konnten es wohl einige 1000 mehr seyn: denn auch Cäsar sagt nicht immer Wahrheit. 7) die Lage der

riter ex tertia acie ſingulas cohortes detraxit, atque ex his quartam inſtituit 8), equitatuique oppoſuit, et, quid fieri vellet, oſtendit, monuitque, ejus diei victoriam in earum cohortium virtute conſtare 9). Simul tertiae aciei totique exercitui imperavit, ne injuſſu ſuo concurreret 10): ſe, quum id fieri vellet, vexillo ſignum daturum.

Caput XC. *Cäſar* redete ſeine Soldaten nochmals an, zeigte ihnen wie oft er vergebens Frieden angeboten, und ſonſt ſeine Pflicht gethan hätte; und lieſs auf ihr Verlangen zum Angriff blaſen.

Caput XCI. *Craſtinus* greift den *Pompejus* an.

Erat Craſtinus evocatus 1) in exercitu Caeſaris, qui ſuperiore anno apud eum primum pilum 2) in legione decima duxerat, vir ſingulari virtute. Hic, ſigno dato: *Sequimini me*, inquit, *manipulares* 3) *mei qui fuiſtis, et veſtro imperatori, quam conſtituiſtis* 4), *operam date* 5): *unum hoc proelium ſupereſt, quo confecto, et ille ſuam dignitatem, et nos noſtram libertatem recuperabimus.* Simul reſpiciens Caeſarem: *Faciam*, inquit, *hodie imperator, ut aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas.* Haec quum dixiſſet, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum milites electi circiter centum et viginti voluntarii ejusdem centuriae ſunt proſecuti 6).

Caput XCII. *Pompejus* giebt Befehl den Angriff zu erwarten.

Inter duas acies tantum erat relictum ſpatii, ut ſatis eſſet ad concurſum utriusque exercitus: ſed Pompejus ſuis praedixerat, ut Caeſaris impetum exciperent, neve ſe loco moverent, aciemque ejus

Dinge, (die Stellung der Feinde ꝛc.). 8) machte, bildete, formirte. 9) beruhe auf ꝛc. 10) angreifen.

1) herausgehoben, Freiwilliger. 2) das erſte Ploton. 3) Kameraden, von meinem Trupp. 4) die ihr euch vorgenommen, ihm verſprochen habt. 5) leiſtet die Hülfe. 6) gefolgt, mit vorwärts gegangen.

distrahi 1) paterentur: idque admonitu C. Triarii fecisse dicebatur, ut primus excursus visque militum infringeretur 2), aciesque distenderetur 3), atque in suis ordinibus dispositi 4) dispersos 5) adorientur: leviusque casura pila sperabat, in loco retentis militibus, quum si ipsi immissis telis 6) occurissent 7): simul fore, ut duplicato cursu, Caesaris milites exanimarentur 8), et lassitudine conficerentur 9). Quod nobis quidem nulla ratione 10) factum a Pompejo videtur, propterea quod est quaedam animi incitatio 11) atque alacritas 12) naturaliter innata omnibus, quae studio pugnae 13) incenditur. Hanc non reprimere, sed augere imperatores debent, neque frustra antiquitus 14) institutum est, ut signa undique concinerent 15), clamoremque universi tollerent: quibus rebus et hostes terreri, et suos incitari existimaverunt.

Caput XCIII. Des Pompejus linker Flügel wird geschlagen.

Sed nostri milites, dato signo, quum infestis 1) pilis procurrissent, atque animadvertissent, non concurri 2) a Pompejanis: usu 3) periti, ac superioribus pugnis exercitati, sua sponte cursum represserunt 4), et ad medium fere spatium constiterunt, ne consumtis 5) viribus adpropinquarent; parvoque intermisso temporis spatio, ac rursus renovato cursu, pila miserunt, celeriterque, ut erat praeceptum a Caesare, gladios strinxerunt 6). Neque vero Pom-

1) aus einander gezogen, getrennt werden, (sollten sie nicht zugeben). 2) durchbrochen werde. 3) aus einander dehnen, trennen. 4) sie aber in ihrer Ordnung gestellt. 5) jene getrennten, zerstreuten (Cäsarianer). 6) während sie ihre Pfeile abschießen. 7) ihnen entgegen gehn. 8) den Athem verlieren. 9) schwächen. 10) nicht mit (Vernunft), Ueberlegung, Einsicht. 11) Feuer. 12) Lebhaftigkeit. 13) durch den Eifer zu fechten. 14) von Alters her. 15) zusammen blasen.

1) angreifend (gegen den Feind gerichtet). 2) daß sie nicht ihnen entgegen kämen. 3) Uebung. 4) sind langsamer gegangen. 5) erschöpft. 6) gezogen.

pejani huic rei defuerunt 7). Nam et tela miſſa exceperunt, et impetum legionum tulerunt, et ordines conſervaverunt, piliſque miſſis, ad gladios redierunt 8). Eodem tempore equites ab ſiniſtro Pompeji cornu, ut erat imperatum, univerſi procurrerunt, omnisque multitudo ſagittariorum ſe profudit 9): quorum impetum noſter equitatus non tulit, ſed paullum loco motus ceſſit: equitesque Pompejani hoc acrius inſtare 10), et ſe turmatim 11) explicare 12), aciemque noſtram a latere aperto circumire coeperunt. Quod ubi Caeſar animadvertit, quartae aciei 13), quam inſtituerat, ſex cohortium numero, ſignum dedit. Illi celeriter procurrerunt, infeſtisque ſignis tanta vi in Pompeji equites impetum fecerunt, ut eorum nemo conſiſteret 14), omnesque converſi non ſolum loco excederent, ſed protinus 15) incitati 16) fuga montes altiſſimos peterent. Quibus ſubmotis 17), omnes ſagittarii funditoresque deſtituti 18), inermes 19), ſine praeſidio 20) interfecti ſunt. Eodem impetu cohortes ſiniſtrum cornu, pugnantibus etiam tum ac reſiſtentibus in acie Pompejanis, circumierunt; eosque a tergo ſunt adorti.

Caput XCIV. Des Pompejus Armee wird ins Lager getrieben.

Eodem tempore tertiam aciem Caeſar, quae quieta fuerat, et ſe ad id tempus 1) loco tenuerat, procurrere 2) juſſit. Ita, quum recentes atque integri defeſſis ſucceſſiſſent, alii autem a tergo adorientur, ſuſtinere Pompejani non potuerunt, atque uni-

7) ſind nicht träge, ſchlecht geweſen. 8) (ſind zu den Degen gegangen) haben die Schwerdter ergriffen. 9) hat ſich vorwärts geworfen (ergoſſen) 10) eindringen, drauf halten. 11) Kompagnienweiſe. 12) ausbreiten. 13) das vierte Treffen. 14) Stand hielt. 15) ſchnell. 16) heftig laufend. 17) vertrieben. 18) verlaſſen. 19) da ſie keine Waffen, (keine Schwerdter) hatten (und ihre Pfeile und Schleudern ihnen in der Nähe nichts nutzten). 20) ohne Schutz, (den ihnen die Reuterei und Legionen geben mußten).

1) bis jetzt. 2) vorrücken.

versi terga verterunt. Neque vero Caesarem fefellit 3), quin ab iis cohortibus, quae contra equitatum in quarta acie collocatae essent, initium victoriae oriretur, ut ipse in cohortandis militibus pronuntiaverat. Ab his enim primum equitatus est pulsus, ab iisdem factae caedes sagittariorum atque funditorum, ab iisdem acies Pompejana a sinistra parte erat circumita 4), atque initium fugae 5) factum. Sed Pompejus, ut equitatum suum pulsum vidit, atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animadvertit, aliis diffisus 6) acie excessit, protinusque se in castra equo contulit, et iis centurionibus, quos in statione ad praetoriam portam 7) posuerat, clare 8), ut milites exaudirent: *Tuemini*, inquit, *castra, et defendite diligenter, si quid durius accederit: ego reliquas portas circumeo* 9), *et castrorum praesidia confirmo* 10). Haec quum dixisset, se in praetorium contulit, summae rei 11) diffidens 12), et tamen eventum exspectans.

Caput XCV. *Cäsar* griff nun das Lager an, welches nicht schlecht vertheidigt ward. Allein da der übrige Haufen seiner Feinde mehr auf die Flucht bedacht war, mussten auch diese Vertheidiger weichen. Sie zogen sich auf Anhöhen zurück, und *Cäsar* bekam das Lager.

Caput XCVI. Pracht des Pompejanischen Lagers.

In castris Pompeji videre licuit 1) trichilas 2) stratas 3), magnum argenti pondus expositum 4), recentibus cespitibus 5) tabernacula constrata 6), L.

3) es entging ihm nicht, er sah ein. 4) umgangen. 5) nehmlich der Feinde. 6) weil er auf die andern kein Vertraun hatte. 7) Feldherrnthor, (das zunächst am Hauptquartiere war). 8) laut. 9) umgehn (herum gehn). 10) zureden, aufmuntern. 11) der ganzen Sache. 12) nichts zutraute.

1) konnte. 2) Laubhütten, aufgebaute Hütten. (Andre haben triclinia). 3) (gedeckte), ausgeputzte. (Das strata scheint besser zu triclinia zu passen). 4) hingestellt. 5) frischer Rasen. 6) belegt, (auf dem Boden).

etiam Lentuli et nonnullorum tabernaculo protecta edera 7); multaque praeterea, quae nimiam luxuriam et victoriae fiduciam designarent: ut facile aestimari 8) posset, nihil eos de eventu ejus diei timuisse, qui non necessarias 9) conquirerent voluptates 10).

Pompejus warf sich, als die Cäsarianer schon ins Lager gedrungen waren, aufs Pferd, und jagte nach *Larissa*, und in der nächsten Nacht, von dreissig Reutern begleitet, bis ans Meer, wo er in ein Kornschiff stieg, unter Klagen über die Täuschung seiner Hoffnungen.

Caput XCVII. Auch die übrigen wurden nach *Larissa* getrieben. Mit einem Theile seiner Armee besetzte *Cäsar* des *Pompejus*, mit einem andern sein eignes Lager, und mit vier Legionen ging er der fliehenden Armee nach. Diese setzte sich auf einer Anhöhe, wo ihr Cäsar das Wasser abschnitt; daher sie kapitulirte, und einige aus dem Senatorenstande sich fort machten.

Caput XCVIII. *Cäsar* hiess sie in die Ebene herabkommen und das Gewehr strecken. Als dies geschehn war, erlaubte er nicht sie zu plündern oder zu misshandeln, liess einige Legionen ihm nachkommen, und ging bis *Larissa*.

Caput XCIX. Nur 200 Mann und dreissig Centurionen hatte *Cäsar* verloren, und auch den *Crastinus*. Von den *Pompejanern* aber waren 15,000 geblieben, 24,000 gefangen, und 180 Fahnen und neun Adler erbeutet; und auch *Domitius* ward getödtet.

Caput C. Des Pompejus Flotte legt sich unter *Lälius* vor Brundusium.

Eodem tempore D. 1) Laelius cum classe ad

7) mit Epheu überzogen bedeckt. 8) urtheilen. 9) (nicht nöthig), unnöthig. 10) (wollüstige) Bequemlichkeiten.

1) Decius.

Brundisium venit; eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstravimus, insulam objectam portui Brundisio tenuit. Similiter Vatinius, qui Brundisio praeerat, tectis instructisque scaphis elicuit naves Laelianas; atque ex his longius productam unam quinqueremem, et minores duas, in angustiis portus cepit; itemque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit 2). Sed Laelius tempore anni commodiore usus 3) ad navigandum; onerariis navibus Corcyra Dyrrhachioque aquam suis supportabat, neque a proposito deterrebatur, neque, ante proelium in Thessalia factum cognitum, aut ignominia amissarum navium, aut necessariarum rerum inopia, ex portu insulaque expelli potuit.

Caput CI. *Cassius* verbrennt dem *Cäsar* zwei Flotten in *Sicilien*, leidet aber zuletzt selbst Schaden.

Iisdem fere temporibus Cassius cum classe Syrorum, et Phoenicum, et Cilicum, in Siciliam venit. Et quum esset Caesaris classis divisa in duas partes, et dimidiae parti praeesset P. 1) Sulpicius praetor Vibone 2) ad fretum, dimidiae M. Pomponius ad Messanam 3): prius Cassius ad Messanam navibus advolavit, quam Pomponius de ejus adventu cognosceret; perturbatumque eum nactus 4), nullis custodiis, neque ordinibus certis, magno vento et secundo 5) completas onerarias naves taeda 6), et pice, et stupa 7), reliquisque rebus, quae sunt 8) ad incendia, in Pomponianam classem immisit, atque omnes naves incendit XXXV: in quibus erant XX constratae 9): tantusque eo facto 10) timor incessit 11), ut, quum esset legio praesidio Messanae,

2) gesucht. 3) der eine beßre Jahreszeit traf, hatte.

1) Publius. 2) Vibo, jetzt Monte Leone. 3) Messina. 4) da er ihn sehr in Verwirrung, erschrocken traf. 5) für den Cassius erwünscht. 6) Kienholz. 7) Pech und Werg. 8) dienlich sind. 9) bedeckt. 10) durch diese Begebenheit. 11) entstand, war.

